

pactum et transactio, nam utrobique militatio, quod non valeant, quia versatur interesse reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, l. *juris gentium*, §. *si paciscar*, D. *de pact.* et ita magis communiter tenent Doctores, ut tradit Alexander, quem videas in dict. l. *transigere*, col. penult.

(16) *Por fazedor del yerro.* Adde dict. l. *in fisci causis*, D. *de jure fisci*, et l. *quoniam*, D. *de his qui not. infam.* et l. fin. D. *de prævaricat.* ubi et quòd habetur pro convicto, et l. *ejus qui delatorem*, D. *de jure fisci*; et licet transactio facta fuerit extra judicium, ficta tamen confessio, quæ resultat ex illa, habet vim confessionis factæ in judicio, ut sufficiat ad condemnationem, ut subdit ista lex, et probatur in dict. l. *ejus qui delatorem*; tradit Paul. de Castr. in dict. l. *transigere*, col. penult. Est autem dare cautelam, per quam reus sic transigens non habeatur pro confessio et convicto, quòd reus scilicet expressè protestetur, quòd facit transactionem cum accusatore, non ex eo, quòd crimen sit verum, seu quòd crimen confiteatur, sed ut evitet dispendia litis, argumento l. *minoribus*, D. *de minor.* et facit cap. *dilectus filius*, cum ibi notatis, *de simon.* et hæc fuit Tancredi de Corneto in sua *compendiosa*, quem referunt Alexand. et Jason. in dict. l. *transigere*, col. fin. Abercius etiam ibi, col. 4. dat aliam cautelam ad tollendum omne periculum, quòd instrumentum transactionis non fiat ad accusatoris et accusati postulationem, nec eis presentibus, sed ad postulationem tabellionis, recipientis nomine et vice ejusdemque, cujus interest, vel ejus, qui diceretur vel reperiretur tale maleficium commississe, qui ad hoc allegat Gaudinum in dict. suo tractat. et tit. vers. *pone inculpatum*, et vide per Bart. Cepol. cautela 240.

(17) *Condenar.* Ex eodem processu et instantia, ut in l. 2. C. *de abolition.*

(18) *Falsedad.* Rationem specialitatis ponit Alberic. de Gand. in dict. tractat. et tit. col. 1. quia sicut homo per effusionem sanguinis anihilatur, sic qui vitium falsitatis incurrit, ad nihilum inter homines recidit, quia postea dicitur homo sine fide, id est, sine conscientia, et omne quod non est ex fide, peccatum est; peccatum autem est nihil, ut in Evangelio Joan. et sic nil mirum, ut permittatur transactio. Cynus etiam post Hug. de la Font. reddit aliam in dict. l. *transigere*, ad idem tendentem: vide ibi per eum, et Albericum.

(19) *Sin culpa.* Adde l. *servi*, C. *ad leg. Jul. de adulter.* et l. *si ab eo*, D. *de calumn.* Gloss. in l. fin. D. *de prævaricat.*

(20) *Del enæco.* Id est, à vexatione; adde cap. *dilectus filius*, et ibi Gloss. et Doctor. *de simon.* et Gloss. in cap. *nullus*, in fin. 1. quæst. 1. et in cap. *quæsitum*, 1. quæst. 3. et Gloss. et Abb. in cap. *cum pridem, de pactis.*

(21) *Pechar el acusador.* Adde l. 1. in princ. D. *de calumn.* et Gloss. in dict. l. *servi obviolatum*, C. *de adulter.* Bart. in l. 2. C. *de abolition.* et licet accusatus repetat, pax remanet firma, l. *quamvis*, C. *ad Turpill.*

(22) *Cae en la pena.* Adde l. *ab accusatione*, D. *ad Turpill.* licet enim et accusatori in criminibus ingentibus pœnam sanguinis prosit transactio, quia revelatur à similitudine supplicii, non tamen liberatur à pœna Turpilliani.

LEY XXIII.—Como se desata la acusacion por muerte del acusador, e del acusado (a).

Muriendo el acusador despues que ha fecho la acusacion, muerto es otrosi el pleyto de la acusacion (1): e non son tenudos los herederos, nin los parientes del acusador, de seguir la acusacion (2); como quier que algunos dellos, o otro qualquier, lo puede acusar otra vez de nuevo (3) sobre aquel yerro mesmo. Otrosi dezimos, que si se muriesse el acusado (4) ante que deñ juyzio contra el, que se desata otrosi la acusacion, e la pena della, e non lo puede otro ninguno acusar despues. Fuera ende, si el yerro fuesse de aquellos que diximos en las leyes (5) (b) deste titulo, por que pueden acusar a los omes despues que son muertos. E aun dezimos (6), que si diessen sentencia contra alguno, que fuesse desterrado para siempre, e que perdiessse todos

sus bienes (7) (c), por yerro que ouiesse fecho, si despues se alçasse (8) de la sentencia, e muriesse siguiendo su alçada, si los sus bienes le fuessen mandados tomar señaladamente por razon del yerro, quando dieron la sentencia contra el, bien puede andar adelante por el pleyto, para conoscer, si la sentencia fue dada de-rechamente en razon de los bienes; e si la fallaren de-recha, puedenle tomar todo lo que auia (d). Mas si non fuessen los bienes del condenado mandados tomar en la sentencia señaladamente, assi como sobredicho es (9), estonce non podrian conoscer del pleyto, pues que fuesse muerto, nin tomar ninguna cosa; maguer el yerro fuesse de tal natura, que si lo venciessen por el, deue perder (10) por ende todo lo suyo.

(a) L. 9, tit. 4, y LL. 9 y 14, tit. 20 lib. 4 del F. R.

(b) Véanse las LL. 7 y 8 de este titulo y nuestras notas à las mismas.

(c) (d) Como la pena de confiscacion de bienes ha sido muy justamente abolida por el art. 40 de nuestra Constitucion política de 1845, no procede actualmente la continuacion del juicio en el caso de esta ley.

LEY XXIII.—Mortuo accusatore lite pendente perit instantia illius accusationis, sed bene potest alius de-novo accusare: mortuo autem reo, totaliter perit accusatio, nisi in casibus positis supra eod. tit. l. 7. cum tribus ll. sequent. Item si aliquis fuerit condemnatus ad deportationem, et ad honorum publicationem, et condemnatus appellet, et pendente appellatione moriatur, possunt heredes sequi appellationem ratione honorum usque ad sententiam; si tamen non fuit condemnatus in bonis, eo mortuo non potest denuo accusari, etiam in criminibus, ex quibus à jure imponitur amissio honorum. Hoc dicit.

(1) *El pleyto de la acusacion.* Adde l. *libellorum*, §. fin. de eod. et l. fin. C. *si reus, vel accusat. mort. fuerit*, ubi Azon. in summa.

(2) *De seguir la acusacion.* Concordat cum l. *Divi fratres*, D. eod. et vide l. 28. tit. 25. supra 5. *Partit.*

(3) *De nuevo.* Concordat cum dict. l. *libellorum*, §. fin. et vide per Bart. quòd poterit de novo accusari infra tempus, quo durat accusatio, seu facultas accusandi, l. *querelam*, C. *de falsis*, l. *accusaturus*, D. *ad leg. Jul. de adult.* et ita tenetur communiter per Doctores secundum Joan. de Imol. in l. penult. in princ. D. *de public. judic.* et fortè attenta ista lege Partitarum non posset procedere, quòd Bartolus per textum ibi vult, quòd intra triginta dies alius posset proseguire eandem instantiam accusatore mortuo, licet iudex possit prosegui, per l. penult. D. *de public. jud.* et quòd non possit prosegui eandem instantiam alius, qui non sit iudex, tenet Angelus ibi, et satis probatur hic, et in dict. §. fin. ibi: *ex integro*; casum tamen in quo proseguitur hæres eandem instantiam, vide in l. 28. tit. 25. *Partit.* 5. et lex ista Partitarum non limitat tempus triginta dierum, ut alias habetur in dict. §. fin. unde poterit accusari ab alio intra tempora statuta, ut dixit superius; nam alias valde absurdum esset, tam parvo spatio, scilicet triginta dierum, tolli omnibus jus accusandi, ut ibi perpendit Albericus. Sed an valebunt acta facta in causa accusationis, si iudex procedat, accusatore mortuo, per viam inquisitionis? Albericus in dict. §. fin. tenet quod sic, argumento l. fin. C. *de arbit.* et l. fin. C. *de testib.* et l. *jubemus*, C. *de liber. causa*, per quæ jura crederem idem esse alio accusante de novo, saltè ubi testes à primo accusatore producti, jam essent mortui, et favore publicæ utilitatis, ne crimina, quæ jam claruerunt, remaneant impunita.

(4) *El acusado.* Adde supra eod. l. 7. et quid si accusatus moriatur, postquam confessus erat crimen in judicio, vel post conclusionem in causa jam liquidato maleficio, vide per Bald. in l. 1. column. 2. et 3. C. *ex delict. defunctor.* et per Joan. de Plat. in l. fin. C. *de jure fisci*, lib. 10.

(5) *En las leyes.* Vide supra eod. in l. 7. et 8.

(6) *Dezimos.* Concordat cum ista lege l. 28. tit. 23. *Partit.* 3. ubi vide quæ dixi.

(7) *Todos sus bienes.* Idem si pars honorum, ut in l. fin. C. *si reus*,

*vel accus. mort. fuer.* et l. 3. C. *si pend. appell. mors intervenier.* et idem si in aliqua certa quantitate pecuniæ esset condemnatus, ut dixi in dict. l. 28. Quid tamen si iudex condemnaret in pœnam relegationis cum publicatione honorum? Vide quæ dicam inferius super gloss. in verbo *assi como sobredicho es.*

(8) *Se alçasse.* Quid si accusatus decederet intra tempora data ad appellandum, an sit idem, ac si appellaret? Vide per Angelum Aret. in suo tractat. *malefic.* in parte *præsente Cajo et appellante*, in fin. quæst. ubi ponit varietates opinionum, quæ fuerunt circa hoc, et distinctionem quamdam; et ibi etiam, an sit necesse, quòd hæredes appellet, et adde Bald. in l. 1. col. 3. C. *ex delict. defunct.* vers. *de uno quæro*, et 4. col. vers. *sed hic restat dubium*; et per totam lectionem illius legis videbis multa dicta per eum notabilia in ista materia; vide ibi.

(9) *Sobredicho es.* Scilicet copulativa, et ut supra dixit, et habetur etiam in dict. l. 28. nam si accessorie per dictionem, *cum*, seu alias, accessorie esset facta condemnatio honorum, et non principaliter, tunc etiam quoad bona morte rei extingueretur crimen, neque hæredes tenerentur prosegui, ut notat Bart. in l. 1. D. *si pend. appell. mors interven.* et latè per Angelum Aret. in tractat. *malefic.* in parte *et ejus bona publicamus*, in princ. et per Bartol. in l. *quia latronibus*, §. 1. D. *de testam.*

(10) *Deue perder.* Et intellige, quia bona erant publicanda per sententiam, et non erant jam ipso facto quæsitæ, seu confiscatæ; nam si essent jam quæsitæ, durabit quæstio honorum mortuo reo, ut in l. *Lucius Titus*, et ibi declarat Bartol. D. *de jure fisci*, Bald. in l. 1. C. *ex delict. defunct.* column. 1. Joan. de Plat. in dict. l. fin. C. *de jure fisci.*

LEY XXIV.—Como deue el Judgador lleuar el pleyto de la acusacion adelante, si el acusado se mata el mismo (a).

Desesperado (1) seyendo algund ome en su vida por yerro que ouiesse fecho, de manera, que se matasse el mesmo despues que fuesse acusado. En tal caso como este dezimos, que (si el que se mato por miedo de la pena (2), que esperaua recibir por aquel yerro que fizo, o por verguença que ouo, porque fue fallado en el mal fecho de que lo acusaron), si el yerro era atal que si le fuesse prouado, deue morir por ende, e perder sus bienes (3) (b), e seyendo ya el pleyto començado por demanda, e por respuesta (4) se mato (5), estonce deuen tomar todo lo suyo (6) para el Rey (c) (7). Esso mismo seria, si el yerro fuesse de tal natura, quel fazedor del pudiesse ser acusado despues de su muerte, assi como de suso diximos en las leyes deste titulo (8) (d) que faldan en esta razon. Mas si el yerro fuesse tal, que por razon del non deuiessse prender muerte (9), maguer se matasse, non le deuen tomar sus bienes, ante deuen fincar a sus herederos. Esso mesmo deue ser guardado, si alguno se matasse por locura (10), o por dolor, o por cuyta de enfermedad, o por otro grand pesar que ouiesse.

(a) L. 9, tit. 4, LL. 9 y 14, tit. 20, lib. 4 del F. R.—L. 15, tit. 21, lib. 12 de la N. R.

(b) (c) Véase nuestra nota última à la ley precedente.

(d) Véanse las LL. 7 y 8 de este titulo y nuestras notas à las mismas.

LEY XXIV.—Si accusatus post litem contestatam ob criminis conscientiam se occidat, et maleficium erat tale, quò probato, vita et bonis privaretur, tunc habet Rex ejus bona: idem si est tale crimen, de quo post mortem poterat accusari. Si autem maleficium non erat tale, vel alia de causa se occidat, bona debentur ejus hæredibus. Hoc dicit.

(1) *Desesperado.* Ortum habet ista lex à notatis per Azon. C. *de bon. eorum, qui mort. sibi consciv.* in summ. et per Gloss. in l. 2. C.

*qui testam. facer. poss.* et à l. *in fraudem*, §. *ejus bona*, D. *de jure fisci.*

(2) *De la pena.* Sed cui incumbet probatio, quòd metu pœnæ se occidit, si de hoc sit dubium? Dic, quòd si nondum erat in crimine deprehensus vel accusatus, et præsumatur in dubio non se interfecisse ob conscientiam criminis, sed ob dolorem vel aliam causam; et tunc incumbet probatio fisco, quòd ob conscientiam criminis, ut in l. fin. §. fin. D. *de bon. eorum, qui sibi mort.* et tunc hoc probato per fiscum publicabuntur bona, etsi nondum fuerit accusatus; quia illud quòd inspicitur, quòd se occidat post accusationem et litem contestationem, procedit in casu dubii, an se occiderit propter metum criminis vel alium dolorem, ut declarat Alexander post alios in dict. l. 2. col. 2. Si verò jam erat accusatus vel in crimine deprehensus; et tunc aut patiebatur dolorem, furorem, vel aliam iracundiam, et tunc præsumitur in mitiorem partem, quòd propter illam causam, et non conscientiam criminis se interfecerit, l. 2. C. *de bon. eorum, qui mort. sibi consciv.* l. *Præses*, D. *de pœnis*, l. *si aliquis*, D. *de donat. causa mort.* aut non patiebatur aliquid de prædictis tempore deprehensionis in crimine, vel accusationis, et tunc præsumitur, quòd se interfecit propter crimen, nisi hæres probet contrarium, ut in l. 2. C. *qui testam. fac. poss.* et in l. 1. C. *de bon. eorum, qui mort. sibi consciv.* et l. fin. in princ. D. eod. ita dicit Alber. post Jacob. de Rabe. et Petr. in dict. l. 2. et Salic. in dict. l. 1. C. *de bon. eorum, qui mort. sibi consciv.* Bart. in l. fin. §. fin. D. eod.

(3) *Sus bienes.* Duo ergò requiruntur, ut bona occidentis seipsam metu criminis confiscentur, quòd crimen sit capitale, et quòd ex eo bona perdantur, et concordat l. fin. §. *ut autem Divus*, D. *de bon. eorum.* Et cum hæc lex dicit, *de morte*, intellige naturali, vel civili, ut in dict. §. *ut autem Divus*, nisi tamen fortè velis dicere, quòd ista lex Partitarum noluit hic ponere de morte civili, sed tantum de naturali, ex eo quòd pœna deportationis, de qua in dict. §. *ut autem*, non est hodie in usu.

(4) *Respuesta.* Sumptum fuit hoc verbum à summa Azon. C. *de bon. eorum, qui mort. sibi consciv.* et à Gloss. in dict. l. 2. C. *qui testam. fac. poss.* Paul. tamen de Cartr. in dict. l. 2. dicit non curandum de contestatione litis, sed quòd sufficiat, quòd si formata accusatio vel inquisitio, et fuerit citatus ad se excusandum, ut moris est, licet adhuc non comparuerit, ut videatur fecisse metu criminis, quia dicitur deprehensus in crimine, ex quo crimen deductum est ad lucem, l. 2. et ibi notatur, C. *de custod. reor.* l. 1. cum glossa, C. *ubi senat. vel claris.* Tu vero serva dispositionem hujus legis, quæ requirit occasionem sui factam post litem contestationem, ut præsumatur, scilicet, metu criminis se occidisse; quòd intellige, nisi deprehensus fuisset in flagranti crimine, qui se occidit, tunc enim non requiritur, quòd lis esset contestata, ut expressè habetur in dict. l. fin. in princ. cum dicit, *qui rei postulasti, vel qui in scelere deprehensi*, et voluit etiam supra ista lex; et ita Alexand. de Imola contra Paul. de Castr. in dict. l. 2. col. 2. dicit, quòd casus deprehensionis in crimine est casus diversus et separatus à casu institutæ accusationis et postulationis, de quo in dicit. l. fin. in princ.

(5) *Se mato.* Non ergò procedet hujus legis dispositio, si non se actualiter interfecit, licet voluerit se interficere, sed fuit prohibitus; licet in contrarium faciat l. fin. §. 6. in vers. *sicuti*, D. *de bon. eorum, qui mort. sibi consciv.* sed responde, quòd licet puniri debeat, non tamen perdet bona, sed aliter punietur; vide per Albericum in dict. l. 2. et Joan. de Plat. in l. fin. circa fin. C. *de jur. fisc.* lib. 10. et per Joan. And. in addition. *ad Speculat.* tit. *de pœnis*, §. 1. in 1. additione, ad fin.

(6) *Tomar todo lo suyo.* Innuitur hic non esse sententiam necessariam, sed fisco vendicet ipso jure, eo quòd pro confessio et damnato habetur, et probatur in dict. l. fin. in princ. et §. 1. dum dicit, *fisco vendicanda sunt*, et probatur etiam in dict. l. 2. C. *qui testam. fac. poss.* ubi testamentum seipsam occidentis annullatur; quòd non fieret, si pro condemnato non haberetur. Si tamen hæredes dicant eum pro condemnato non haberi, quia hoc fecerit propter phrænesim, vel aliquid de his, quæ superius dixi, et infra ponuntur in ista lege, et super hoc sit contentio, tunc iudex super hoc pronuntiavit, ut tradit Salic. in dict. l. 1. C. *de bon. eorum, qui mort. sibi consciv.*

(7) *Para el Rey.* Sed an procedat hoc hodie, dubium facit, quia secundum Doctorum communem opinionem ista pœna confiscationis honorum, de qua, D. *et C. de bonis eorum, qui mort. sibi consciv.* fuit sublata per authent. *bona damnatorum*, C. *de bon. damnat.* et voluit



etiam Gloss. in l. fin. in gloss. fin. in fin. ubi notant Lucas de Penn. et Joan. de Plat. C. de jur. fisc. lib. 10. Doctores comuniter in dict. l. 2. et in l. 1. C. de bon. eor. qui mort. sibi consciv. quia cum per dictos titulos eo casu sola bona publicantur, quo si sententiam pateatur, bona essent publicanda, ut in dict. l. fin. §. 1. ergo in casibus in quibus non publicarentur, si sententiam esset passus per authent. bona damnatorum, in illis non publicabuntur, si seipsam occidit. Præterea et illa ratio, quod defunctus, qui sibi metu criminis mortem conscivit, decedat intestabilis et sine hærede, et ejus testamentum irritetur, ut in dict. l. 2. cessat hodie in regno, cum damnati ad mortem possunt testari, ut cavetur in l. 4. in Ordinum. Tauri, et sic videtur, quod istius legis dispositio hodie cesset: in contrarium facit, quia ista lex Partitarum facta fuit post dictam authenticam, bona damnatorum, per multa tempora; unde si jus istud fuerat correctum, non fuerat per conditorem istarum ll. hic positum: imo et quod adhuc, quod hic disponitur de isto jure Partitarum sit incorrectum, probatur in l. 5. tit. 31. 7. Partit. ubi recitatur dispositio dicte authenticæ, bona damnatorum, et insuper ponit hæc verba: fueras ende al que fuisse juzgado por traydor, o en otros casos señalados, que son escriptos en las Leyes deste uestro libro, en que señaladamente los deuen tomar; unde videtur de isto jure Partitarum approbata opinio Jacobi de Rave. qui dicebat dictum titulum de bon. eor. qui mort. sibi consciv. non esse correctum per dictam authenticam, bona damnatorum, propter duplex delictum, quod iste videtur commississe, et sic quod gravius puniatur: et hoc etiam patet ex dispositione l. 9. tit. 15. lib. 8. Ordinum. et l. fin. tit. fin. eod. lib. in Ordin. Regal. ubi habetur, quod seipsum occidens perdat bona, et si non habeat descendentes, applicentur Camera Regis; quæ ll. sunt intelligendæ, de eo, qui metu criminis mortem sibi conscivit, juxta dispositionem hujus legis Partitarum, non si pudore æris alieni, vel tædio vitæ, seu aliâ ex simili causa se occidisset, l. sed et si posteriores, D. de legibus; unde videtur dicendum, quod in regno isto ex dispositione istarum legum regni, necdum ubi veniunt publicanda bona de per se et principaliter absque pœna mortis naturalis, verum etiam quando veniunt publicanda in consequentiam pœnæ, ut Doctores intelligunt dictum titulum de bon. eor. fiat ista confiscatio bonorum, quando qui se occidit, non reliquerit descendentes, ex dict. l. Ordinum. ad legem Tauri responde, ut infra in gloss. super verbo prender muerte.

(8) *Leyes deste titulo.* Suprà eod. l. 7. et 8. et per Gloss. in l. ex judiciorum, D. de accusat.

(9) *Prender muerte.* De morte naturali videtur intelligere, ut dixi superius; unde si mortem civilem mereretur, qui se interfecit, in bonis suis habebit hæredem, et non confiscabuntur, saltèm hodie stante dispositione dicte l. 4. in Ordinum. Tauri, quando publicatio bonorum venit in consequentiam pœnæ, et non principaliter. Super quo tamen tu cogita, quia ll. antiquæ idem disponebant, etiam quando mereretur mortem civilem, ut dixi: et quia dispositio authenticæ, bona damnatorum, non habet locum in eo, qui damnatur ad mortem civilem, et sic remanet vivus, nam bona publicantur, ut notatur in dict. authent. bona damnatorum, et tradit Paul. de Castr. in dict. l. 2. in fin. C. qui testam. facer. poss. et ad l. 4. potest responderi, quod limitetur in eo, qui se interfecit, antequam damnaretur ad mortem civilem, vel naturalem; et quia si iste non se occiderat, per sententiam fuerant bona publicata: vel dic, quod illa lex loquitur respectu testamenti, ut possit disponere, non vero tollit confiscationem bonorum à lege inductam in eo, qui se interfecit.

(10) *Por locura, etc.* Adde l. 1. de bon. eor. et l. fin. §. si quis autem, D. eod. et l. 2. C. qui testam. facer. poss. et infra tit. 27. l. 1. ead. Partit. l. si quis filio ex hæredato, §. ejus qui, D. de injust. rupt. et vide per Decium consil. 458. incipit, accuratè, et elegantè. Et an vassallus, qui occidit se ipsum, perdat feudum, vide Bald. quod non, in cap. 1. an ille qui interfecit fratrem domini, col. 2. vers. extra quero.

LEY XXV.— Si aquel que es acusado en razon de furto, o de robo, o de daño, que fizesse a otro, se muere, como deve yr el Juez por el pleyto adelante (a).

Emienda (1) (b) demandando vn ome a otro en juyzio de robo, o de furto, o de daño, o de deshonrra, que le ouiesse fecho, pidiendo que gelo pechasse, segund

el Fuero manda; si tal pleyto como este fuesse comenzado por demanda, e por respuesta (2), e despues se muriesse el demandador, bien puede yr el Juez por el pleyto adelante, e conoscer del: e es tenudo el demandado, de fazer derecho a sus herederos (3) del muerto, en la manera que lo era a el mesmo, a quien heredaron, si fuesse vivo (c). Otrosi dezimos, que si muriesse el demandado (4) despues que el pleyto fuesse comenzado, assi como sobredicho es (5), e fincasse vivo el demandador, que tenudos son sus herederos (6) de yr adelante por el pleyto fasta que sea acabado; e si fueren vencidos, deven pechar (7) tanto, quanto devia pechar el demandado, si fuesse vivo. E aun dezimos mas, que maguer que muriesse amas las partes (8), que sus herederos pueden seguir el pleyto en la manera que de suso es dicha. Mas si se muriesse el demandado, ante que el pleyto fuesse comenzado por demanda e por respuesta; estonce sus herederos non seran tenudos de responder a la demanda, si non por quanto fallassen que vino en poder del finado (9) de aquel furto (10), o robo que avia fecho; nin les pueden demandar que pechen otra cosa ninguna por pena (d) de aquel yerro, pues que en su vida non gelo demandaron. E esso mismo seria, quando se muriesse el señor de la demanda (11) ante que comenzasse el pleyto sobre ella. Esto es, porque las penas non pasan a los herederos (12) ante que sean assi demandadas por juyzio (13), fueras ende en aquellas cosas que diximos en las leyes (14) (e) deste titulo, que fablan en esta razon.

(a) L. 9, tit. 4, y LL. 9 y 14, tit. 20 lib. 4 del F. R.

(b) Indemnizacion.

(c) Muerto el acusador particular continúa la causa entre sus herederos y el reo, solo para obtener la restitucion é indemnizacion correspondiente, al mismo tiempo que continúa entre el ministerio ú oficio fiscal y el mismo reo para la imposicion de la pena que proceda.

(d) Esta ley habla en el supuesto de que ademas de la restitucion é indemnizacion que hubiese de obtener la parte agraviada, correspondiese á la misma alguna suma ó cantidad por razon de pena impuesta al reo: esto era conforme con el derecho antiguo, pero hace mucho tiempo que caducaron las penas del duplo, triplo, cuádruplo y pecuniarias en favor de la parte agraviada. Mas hoy esta solo tiene derecho á la restitucion é indemnizacion; y siendo la pena mas bien una satisfaccion pública que particular, aunque participa de uno y otro concepto, son rarissimos hoy los casos en que, como en el del art. 446 del Código, las leyes determinan que se impongan ciertas penas pecuniarias á favor de la parte agraviada, quedando generalmente todas en beneficio del Estado, para darles la inversion y distribucion que previenen los reglamentos.

(e) Véanse las LL. 7, 8 y 23 y sus notas.

LEX XXV.— Lite contestata super maleficio, de quo agitur ad pœnam pecuniariam, si moriatur actor, vel reus, aut ambo, transit judicii instantia ad hæredes, et contra hæredes: sed mortuo reo ante litem contestatam non tenetur ejus hæres, nisi in quantum pervenit ad defunctum: et idem si moriatur actor, quia pœnæ antiquam in judicio petantur, et lis contestetur, non transeunt ad hæredes. Hoc dicit.

(1) *Emienda.* Lex ista loquitur de criminibus privatis, quando agitur civiliter ad vindictam, et pœna venit applicanda patri, et ideo dicit, emienda, et inferius, que gelo pechasse. Si enim de talibus criminibus ageretur criminaliter ad pœnam applicandam fisco, tunc

idem esset, quod in publicis criminibus, de quibus suprâ eod. l. 7. et 8. et l. 25. et tradunt Glossa, et Doctores in l. unic. C. ex delict. defunct. ubi Angel. column. 2. dicit hoc menti tenendum perpetuo: et dicit Glossa ad hoc singularis, in l. ex judiciorum, in fin. D. de accusat. Quid autem in actionibus descendantibus ex quasi maleficio? Vide l. si filiusfamilias, cum l. seq. et ibi Bart. D. de judic. Et quid quando dolus incidit in contractum, vide l. si hominem, §. datur, D. depositi.

(2) *Por demanda, e por respuesta.* Adde §. non autem omnes, in vers. pœnales, Institut. de perpet. et tempor. action. de quo ista prima particula hujus legis sumpta est: non ergo sufficeret, si lis esset cœpta per simplicem citationem, licet Glossa in dict. vers. pœnales, et in l. si eum, §. qui injuriarum, D. si quis caution. voluit contrarium. Si tamen reus esset contumax, non habens causam non veniendi, tunc quia mora in contestando est commissæ, perinde haberetur, ac si lis esset contestata, ut actio transeat ad hæredem, ut in dict. §. qui injuriarum, et dicit Bart. in l. 1. D. de privat. delict. quod de mora satis apparet, si contra contumacem facta est jam missio ex primo decreto; unde relinquitur hoc arbitrio judicis, quando reus fuerit in contestando morosus, prout voluit Glossa parva in dict. §. qui injuriarum, in fin. et placet Saliceto in dict. l. 1. col. 2. et vide per Jason. in dict. §. qui injuriarum, col. 5. et nota, quod licet lissit contestata, si pacto contrahentium fuit recessum à lite, nunquam actio pœnalis est transitoria in hæredem, casus singularis secundum unam lectionem in l. cum motu, C. de transact. Angelus in l. 1. D. de privat. delict.

(3) *Asus herederos.* Adde dict. vers. pœnales, et l. injuriarum, in princ. D. de injur. l. 1. D. de privat. delict. Quid autem si essent actiones populares descendentes ex delicto, vel quasi, ut est videre in illis, qui aliquid habent suspensum, vel appositum in subgrunda, vel protecto, vide per Bart. in l. cum emancipati, §. si emancipatus, D. de collat. bonor.

(4) *El demandado.* Concordat cum dict. vers. pœnales, et cum l. 1. C. ex delict. defunct. Quid si fidejussor, qui fidejussit pro delinquente, moriatur, an teneatur ejus hæres? Glossa dicit, quod non, in §. fidejussor. non tantum, Institut. de fidejussor. quam glossam intelligit, ut tradit Angelus Aret. in tractat. maleficio. in parte pro quibus Antonius fidejussit, in fin. Bartol. et Joan. de Imol. in l. ad diem, D. de verbor. obligat.

(5) *Assi como sobredicho es.* Lite scilicet contestata, est enim per litem contestationem celebratus quidam quasi contractus in judicio, l. 3. §. idem scribit, D. de pecul. et quæ est causa hujus transitionis contra hæredes rei, facti l. 2. in fin. et ibi notatur, D. de prætor. stipulat. Quid autem si reus non est contestatus litem, sed in judicio confessus est crimen? Specul. tit. de accusatione, §. 1. col. 5. vers. quid si latro, et in tit. de interrogat. action. §. l. col. 1. vers. quid si is, tenet idem tunc esse, quasi confessio habeat vim contestationis, et idem tenent Bald. et Angel. in dict. l. 1. C. ex delict. defunct. quod limitat Angelus esse verum in confessione vera, non in ficta, per testum in l. ejus qui delatorem, D. de jure fisci, et ante Angelum dixit Bart. in l. 1. col. fin. D. de privat. delict. limitat etiam Bald. in dict. l. 1. col. 3. nisi hæres revocet confessionem defuncti, et probet contrarium, juxta notata per Gloss. in l. creditor, §. jussus, D. de appellat. et vide per Angelum Aret. in tractat. maleficio. in parte et vestem scelestam abstulit, col. 5. Item limita, quando per viam accusatoris processum est contra malefactorem, qui confessus est illud malefictum, et alia plura, prout in furto contingit, nam talis confessio tali accusatori prodest, non aliis, et ideo solus ille super bonis illius habebit recursum: si tamen fuisset processum per viam inquisitionis, tunc, quia omnibus furtum passis intelligitur facta confessio, ex quo est facta iudici inquirenti, qui omnium personam representat, tunc omnes alii possent agere ex tali confessione contra bona defuncti, et in ejus hæredes, secundum Joan. Andr. in addition. ad Specul. in dict. vers. quid si latro, et Angel. in dict. l. 1. D. de privat. delict. Sed quid si juxta formam legum hujus regni. accusatus condemnatur ut contumax, nulla facta confessione, utrum pœna tenebit hæredem? Angel. in dicta l. unic. col. 2. post Dip. et Bart. in l. ex judiciorum, D. de accusat. dicit, quod sic; sufficit enim latam esse sententiam, per quam quasi contrahitur, ut in dict. §. idem scribit: imò fortior debet esse sententia, quam litem contestatio, secundum Bald. in l. data opera, col. 15. in princ. C. qui accusare non poss. allegat l. fin. C. de dolo, licet Bald. in l. si plures, colum. 8. C. de condition.

insert. tenuit contrarium post Martinum de Fano. et Cynum, ex eo motus, quod definitiva sententia, quæ succedit in locum banni, redigitur ad instar interlocutoria, et non transit ad hæredem, nisi sit exequuta per confiscationem vel executionem: et sic concludit, quod banna banntorum in aliqua pecunia præstanda non possunt exigi ab hæredibus; quod dicit notatu esse dignum. Sed opinio Bartol. et Ang. magis placet; si enim mora in contestanda lite ex parte rei hoc inducit, cur non inducet sententia in absentem contumacem prolata; similiter ubi pœna impoueretur ipso jure, idem esset, ut voluit Bart. in dict. l. ex judiciorum, Angel. in dict. l. unic. col. 2. Bald. in l. data opera, in fin. 14. col. et princ. 15. et vide Gloss. in l. 3. §. quod autem, D. quod quisque jur.

(6) *Sus herederos.* Habes hic expressum, quod lite contestata cum defuncto super crimine, hæredes condemnantur ex eadem instantia; quod etiam voluerunt Cyn. et Salicet. in dict. l. unic. ubi Salicet. col. 1. vers. quero tunc ad prædictorum declarationem: quando tamen lis non esset contestata cum defuncto, et esset casus, quo posset conveniri hæres, veluti in eo quod ad eum pervenit, ut infra in ista lege, vel aliâs, tunc ageretur de novo coram giudice causarum civilium, et non coram giudice causarum criminalium, ut in l. defuncto, §. 1. et ibi Bart. D. de public. judic. l. solemus, §. latrunculator, D. de judic. Si tamen idem judex haberet cognitionem causarum criminalium et civilium, coram eo possit agi, ut tradit Joan. de Imol. in dict. §. 1. et nota, quod ubi actio pœnalis incipit esse hæreditaria, ibi transit in omnem hæredem, licet contra defunctum illius hæredis nunquam actum fuerit, textus est, qui non est alibi, in l. videamus, D. quod metus causa, Angelus in l. 1. D. de privat. delict.

(7) *Denen pechar.* Et sic omnes hæredes in solidum tenentur ad rem, vel ad pœnam, non quilibet in solidum, ut probatur hic; et declarat Salicet. in dict. l. unic. col. 1. vers. quero secundo: et nota quod hæredes non tenebuntur ultra vires hæreditarias, licet non fecerint inventarium, secundum Bald. in l. 2. C. ad leg. Jul. repetund. advertit tamen, quia Baldus loquitur, quando quis convenitur ex delicto defuncti contra regulas juris in casu speciali; quando vero convenitur lite jam contestata cum defuncto, videtur aliud dicendum ratione quasi contractus facti in judicio per litem contestationem.

(8) *Amas las partes.* Hoc etiam colligitur ex dict. vers. pœnales, Institut. de perpet. et temporal. action.

(9) *Que vino en poder del finado.* Et etiam ad hæredes intellige; nam ita loquuntur leges, de quibus ista sumpta est, sive perveniat ad hæredem ex delicto, vel occasione delicti, veluti si delinquens rem furtivam consumpsit, et rem propriam conservavit aliâs consumpturus, l. sed etsi lege, §. quodque autem, D. de petit. hæred. nam quia per hoc pinguior hæreditas pervenit ad hæredem, ipsares subrepta pervenisse videtur, l. quod diximus, §. fin. D. quod metus causa, cum l. sequent. Bartol. in dict. l. unic. post princ. quod Nicol. de Mattha; vide l. 2. tit. 15. ead. Part. vel dic, quod lex ista velit sufficere pervenisse ad defunctum, licet non ad hæredem pervenerit, ex quo de hærede hic nihil exprimit; et facit ad hoc dicta l. 2. maxime cum dicat, de aquel furto, o robo, in quibus etsi nihil pervenit, datur conditio furtiva, ut dixi in dict. l. 2. turpia enim luca ab hæredibus sunt auferenda, ut hic, et in dict. l. unic. et in l. in hæredem, D. de column. et limita et intellige, quando pœna debet imponi per modum agendi; secus si veniat imponenda per modum excipiendi, nam tunc tenetur, etsi nihil pervenit, ut in l. 3. §. quod autem, D. quod quisque jur. Item et limita de jure Canonico etiam in foro judiciali, ex quo hæredes tenentur, non solum in id, quod ad eos pervenit, sed in quantum sufficerent vires hæreditariæ; ad quod potest procedi coram giudice ecclesiastico per denuntiationem Evangelicam, secundum Bald. in dict. l. unic. col. fin. et procedit quando actio est pœnalis solum ex parte rei, ut notatur per Joan. And. in cap. fin. de sepult. et per Angel. in dict. l. unic. adde etiam Bald. in l. furti actione, C. de furtis, et in l. jubemus nulli, §. sanè, ad fin. C. de Sacrosanct. eccles. et in l. 1. col. 1. D. de rerum divis. Tu adde Gloss. in cap. ecclesia, in verbo conquisita, l. quæst. 4. et in summa, 24. quæst. 2. ubi glossa notabilis, et glossa etiam notabilis in cap. 2. 16. quæst. 6. in gloss. fin. et ad usurarum restitutionem, tam de jure civili, quam canonico hæres tenetur in solidum, licet nihil ad eum pervenerit, neque lis sit cum defuncto contestata, cap. tua, de usur. Bart. in l. 1. D. de privat. delict. Sed quid si ante litem contestatam extra iudicium confessus est quis mihi dedisse damnum, an teneatur ejus hæres ex ista confessione? Bald. quod